



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Probatos itidem autores: Eusebium Emisenum, Anselmum Cantuariensem, Rabanumque, & Hugonem de S. Victo[re] suis dictis astruere praesentiam corporis Christi in sacra eucharistia. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

DE SACRAMENTO

iste curatum a uexatione satanæ, qua prius agita-
batur: aliosq; cōplusculos. An & hoc miraculū (si
cut cætera supra dicta) ascribet Oecolampad. po-
testati dæmonicæ: ut satanas satanā eijciat? Quod
si dixerit: n̄isdē omnino uerbis & rōnibus confuta-
tū se dinoscat: quibus & scribæ & pharisei in euā-
gelio, calumniantes diuinā Christi uirtutē dæmo-
niōrū eiectricem, & propulsatricem. ab ipso sunt
conuicti. Ad hæc, si satanas, id etiam operetur, q̄
sacram accipientes cōmunionem liberētur ab in-
festatione maligni spiritus, qua prius præmeban-
tur: cur suadet ipse Serenus ab. apud Cassianū, agi-
tatis uexatione satanica, sapius exhibendam esse
sacram cōmunionem: ut mō citata eiusdem uer-
ba liquido produnt? Nunquid ut sapius suā osten-
tet uirtutem satanas: in aliorū expulsiōe dæmoni-
orū? Obmutescat igitur Oecolampadi. linguamq;
suā cōpescat & cohibeat a tā detestabili blasphe-
mia. Et q̄ dei sunt, reddēs deo: fateatur posthac mi-
racula q̄ circa sacrā eucharistiā nōnunq̄ euenisse fe-
runtur, diuina tm̄ uirtute, mundo fuisse exhibita.

¶ Probatos itidem autores: Eusebium Emi-
senum, Anselmum, Cantuariensem, Raba-
numq; & Hugonem de sancto Victore: su-
is dictis astruere præsetiam corporis Christi
in eucharistia. Cap. XVI

CAETERUM ut inchoatus a nobis sermo re-
putatur, aliquanta interiectiōe sermo-
nis de pœnis in irreuerentes circa san-
ctam eucharistiā diuinitus inflictis, &
de miraculis circa eandē oñsis, interpo-
latus; audiantur nunc & alij autores sacri, testimo-

Matt. 12
Luca. 11
Serenus

nium etiam perhibentes ueritati de pntia corporis
 dñi in eucharistia. Vt Eusebius Emisenus: ita i ser
 mone de corpore & sangu. dñi, dicens: Cum bene-
 dicendae uerbis coelestibus creaturae, sacris altari-
 bus imponuntur: anteq̄ inuocatione summi nois
 cōsecrentur, substantia illic est panis & uini. Post
 uerba aut̄ Christi: corpus est & sanguis Christi:
 Hæc ille. Quibus, qd̄ apertius aut̄ clarius dici pos-
 set ad ueritatis supra dictae testificationem: pro-
 sus non uideo. ¶ Insuper Anselmus, Cātuariensis
 archiepiscopus, in lib. suo de mysterijs ecclesiae:
 contra Berengarium, suum uirus tetrum & erro-
 rem de Eucharistia quem improbamus, circa ea
 tempora diffundentem in ecclesiam: ita scribit.
 Christus dicit: ego sum ostiū: sed significatiue, non
 substantiue, est ostium. De hoc sacramento altaris
 longe alius dicendi modus habetur. Sic enim habe-
 mus in Euangelijs: Accipit panem, benedixit, &
 fregit, deditq̄ discip. suis, dicens: Accipite & man-
 ducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meū,
 quod pro uobis tradetur. Quando in manus acce-
 pit: panis erat. sic enim dicit: accepit panem. Et p̄
 illam benedictionem, fit panis, corpus Christi: nō
 tantum significatiue, uerum etiam substantiue.
 Neq̄ tñ ab hoc sacramento, figuram omnino ex-
 cludimus: neq̄ figuram solam admittimus. Veri-
 tas est: quia corpus Christi est. Figura est: quia im-
 molatur quod incorruptibile habetur. Considere-
 mus utiq̄ uerba domini. Manducate, inquit, ex
 hoc omnes. Hoc enim quod uobis ad manducan-
 dū trado: est corpus meū. Et ut certi essent, q̄ reue-
 ra esset corpus Christi: signa expressit quibus hoc
 dinoscere possint. Hoc est, inquit, corpus meum,
 quod pro uobis tradetur. Si hoc, corpus Christi, nō

Eusebi.
Emisenus

2

Anselmus
Ioan. 10

Mat. 29
Marc. 14.
Lu. 22

DE SACRAMENTO

Matth. 26

tñ substantiue, sed significatiue tm fieret, hoc est, figura corporis Christi tantū existeret; nihil ad figuram quod sequitur. quod pro uobis, inquit, tradetur. Nec panem nominauit postq̄ panem bñdixit, sed corpus: nec uinum nominauit postq̄ uinū benedixit, sed sanguinem Christi. Igitur sicut fides catholica credit, panis q̄ offertur sacerdoti ad cōsecrandum: per sacerdotalem benedictionem fit corpus Christi, non significatiue tm, sed substantiue. Hæc Anselmus. Quibus etiam uerbis confutatur aperte Oecolampadius, eiusdem Berengariani erroris assertor: & uno eodemq; telo ueritatis, uterq; confoditur. ¶ Subscribit Anselmo & Rabanus;

3
Rabanus.

in lib. suo de corpore & sanguine dñi, ita dicens: Figura esse hoc sacramentū uidetur: dum in specie uisibili frāgitur. Aliud intelligitur: q̄ quod uisu cernitur, & gustu sentitur, dumq; uinum in calice simul cum aqua miscetur. Porro illud fidei sacramentum: iure ueritas appellatur. Veritas, dum corpus Christi & sanguis, uirtute spiritus in uerbo ipsius, ex panis uiniq; substantia efficitur. Figura uero: dum sacerdote quasi aliud gerente ob recordationem sacræ passionis, ad arā, quod semel gestum est, quotidie imolatur agnus. Iure igitur: simul ueritas & figura dicitur. ut sit figura uel character ueritatis, quod exterius sentitur. Veritas uero quod de hoc mysterio recte intelligitur aut creditur. Non. n. omnis figura: umbra est uel falsitas. Vnde Paulus de unico dei filio ad Hebræos loquēs, ait: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Hæc ille: Ecce in eucharistia, ueritatem corporis & sanguinis Christi, pie ac religiose proficitur Rabanus: & tamen ibidem figuram adesse nō abnegat. Et nos itidem, omnem talem figuram

Heb. 1

EVCHARISTIAE. — I. 89.

quæ nihil detrahit substantiæ corporis Christi: illic ingenue admittimus, nec unam tantummodo: sed plures. Quâdoquidem ueræ Christi corpus, ibi re ipsa præsens (quod reuera & sacramentū est, si ad unum conferatur: & res sacramenti, si ad aliud) figurat rem huius sacramēti quæ non est sacramentum. s. corpus Christi mysticum, & ecclesiam. Et spēs ipsæ sensibiles panis & uini (q̄ solum sunt sacramentū geminæ rei: corporis. s. Christi, ueri & mystici) figura sunt corporis & sanguinis domini, & totius itidem coadunationis fidelium in uno corpore mystico. Præterea, mixtio aquæ cū uino in calice sacro: aliud quiddam designat. Et tertiæ partis hostiæ in calicem immissio, & cōmixtio cum uino consecrato: adhuc aliud repræsentat, ut facile sit plures, in eo mysterio oblationis eucharistiæ figuras inuenire. Verūtamen hæc oēs figuræ: nihil præiudicant ueritati corporis & sanguinis domini in hoc sacramēto. Quā cū omnibus illis, stat præsentia corporis & sanguinis dñici secundū substantiam: sub speciebus illis sensibilibus, quæ exteriorè percipiuntur sensorio, & figura sunt interiorè tentæ corporalis Christi substantiæ. ¶ Quod & uenerabilis pater, Hugo de sancto Victore, in secundo libri de sacramentis pte octaua, capite uero sexto: dilucide comprobat his uerbis. Sunt qui ex quibusdam scripturæ locis munimentū erroris ducere putauerunt: dicētes in sacramēto altaris ueritatē corporis & sanguinis Christi nō esse, sed imaginē illius tantū, & spēm & figuram. propterea q̄ scriptura aliquotiens dicat, id quod in eucharistia altaris sumitur: imaginē illius esse uel speciē, quod in participatione Iesu Christi percipitur. Qui profecto hunc erroris laqueū non inciderēt: si uel

Non oēm in eucharistia figurā negari.

4 Hugo de s. Victore.

DE SACRAMENTO

sacramēta dei, recta & humili fide susciperēt, aut scripturas cōuenienti intelligētia tractarēt. Nunc autē q̄a in sacramentis dei sensum suū fidei præserrunt: in scripturis sacris sanā interpretationis formā tenere cōtemnūt: Et sit ut sermo ueritatis amplius eos caligare faciat: dū nō recte intellectus, errorē pro ueritate ministrat. Quod tñ scripture uultū nō est: sed legentū & non intelligentū cecitas neq; sacramentorū dei confusio: sed præsumentū prauitas. Hic autē piculose errauerunt: tot manifestis sententijs & assertionibus non dubijs, quā dā ambigua præserrentes, & in ipsis magis mendaciū quam ueritatem eligentes, non quia hoc ibi magis dicebatur: sed quia hoc ab illis magis credebatur. Hæc ille. Vbi luculenter edisserit unde eorū nascatur error improbus: qui ueritatē corporis & sanguinis domini negant in eucharistia. & consequēter in reliquo capitis illius cōtextu præclare illos confutat manifestis exemplis: qui contendunt sacramētum altaris ideo ueritatem non esse, quia figura est. ¶ In capite uero proxime sequente scilicet septimo, octauæ partis, secundi libri de sacramentis: idem author dilucide declarat, in sacramēto altaris & figuram esse & ueritatem, his uerbis Cum unum sit sacramentum: tria ibi discreta proponuntur. species uidelicet uisibilis, & ueritas corporis: & uirtus gratiæ spiritualis. Aliud est enim uisibilis spēs: quæ uisibiliter cernitur. aliud est ueritas corporis & sanguinis: quæ sub uisibili specie inuisibiliter creditur. atque aliud, gratia spiritualis quæ cū corpore & sanguine inuisibiliter & spiritualiter percipitur. Quod enim uidemus: species est panis & uini. Quod autē sub specie illa credimus: uerū corpus Christi est, & uerus sāguis Iesu Christi

EVCHARISTIAE. I. 54.

sti, q̄ pep̄dit in cruce: & qui fluxit de latere eius.
 Nec p̄ panē & uinū, corpus & sanguinē tantum
 significari credimus: sed sub specie panis & uini,
 uerū corpus & uerū sanguinē consecrari. Et spe-
 ciē q̄dem uisibile: sacramētū esse ueri corporis &
 ueri sanguinis. corpus autē & sanguinē: sacramen-
 tū esse gratiæ spiritualis. Et quemadmodū species
 illic cernitur, cuius res uel substantia ibi esse non
 creditur: sic res ibi ueraciter & substantia liter prae-
 sens creditur: cuius species non cernitur. Videtur
 enim species panis & uini. & substantia panis &
 uini non creditur. Creditur autē substantia corpo-
 ris & sanguinis Christi: & tamen species non cer-
 nitur. Hæc ille. Quæ, ubi nulla alia afferrentur sa-
 crorū authorū testimonia: uel sola sufficere debe-
 rent putari, ad cōuulsiōem perditissimi erroris de
 eucharistia, quem impugnamus. usque adeo per-
 spicue asseuerant & testificantur: ueram corpo-
 ris & sanguinis Christi substantiam, in euchi-
 ristia contineri. Quod si totam illam octauam secū-
 di libri de sacramētis probatissimi illius authoris
 partem percurrere cuiquam libuerit: inueniet &
 illic permulta alia consimilis genere dicta, ad per-
 uersi illius dogmatis (quod sequuntur): mendaciū
 magis eligentes quam ueritatem, ut ipse ait) enex-
 uationem, plurimum facientia. Quæ hic, ut bre-
 uitati consulamus, dedita opera prætermittimus:
 contenti locum annotasse, ad quem studiosus re-
 currat lector, pro ampliore propositæ rei, notione
 comparanda. ¶ Porro beatus Bernardus in quo-
 dam sermone exponens hunc locū propheticum.
 Ille formosus in stola sua: eidē astipulatur senten-
 tiæ, dicens. Ne memineris priorū: noua ego facio.
 Quid magis nouum; quā quod in mysterio domi

6

Esaiæ. 65
Bernardus

DE SACRAMENTO

nici corporis, mutatur materies, & spēs seruat
Pristia manet forma: sed noua gratia, quia noua
substantia, noua qdem: non in se, sed in hmoi spe-
cie. Nouum plane, quod carnis dominicæ substan-
tia in aliena specie sumpta: sanctificationem uirtu-
tis, animæ confert, & spūalem mundat substantiā
in mysterio altaris immaculata caro. Nouum q-
dē. & supra reliquorū usum sacramentorū: qd nō
mō sanctificationis noua gratia datur, sed & sub-
stantia naturalis mutatur. Nam p sacramenti be-
nedictionem: accipit oblatus panis hanc ineffabi-
lem mutationē ex mystica consecratione. & uer-
bi uiuentis copulatione: hæc uiuifica gratia in car-
nem Christi redundat. Caro enim non prodest ge-
quam: sed spūs qui uiuificat, sacrosanctæ carni cō-
ferens in solenni sacramento spūalem efficaciam:
ad uiuificandos tanti participes mysterij. Formo-
sus ergo in stola: hoc est i carne sua. sed multo for-
mosior: in assumpto spū. qui utiq; carne præstan-
tior: quia uerbo uicinior. Sic Bernardus. Quid au-
tem ad hæc hiscere audebit aut poterit Oecolamp-
adius uidens uenerabilem hunc patrem, non mi-
nus doctrina quā sanctitate conspicuum, diluci-
de testificari: quod in admirabili eucharistiæ my-
sterio, dominicæ carnis substantia in aliena specie
sumitur. quodq; in pristina panis forma, noua est
substantia: corporis. s. Christi, quod post cōsecre-
tionē ibi ueraciter adest, & ante nequaquā, aderat.

Ioan, 6.

Aliorum insuper illustrium authorum.
Iuonis Carnotensis, & conscriptoris theo-
logiæ naturalis, cum plerisque alijs, testimo-
nio: comprobari etiam corporis Christi in